UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o nona

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

tio Siquidem de manna ver
miculus gignitur: ꝛ dominꝰ
chriſtus de virgine procreat.
Quin potius ipam Mariaꝫ
manna dixerim: quia eſt ſub-
tilis ſplendida ſuauis ꝛ ꝟgo.
que velut celitus veniens cũ-
ctis eccleſiaruꝫ populis cibũ
dulciorẽ melle deſluxit Quẽ
qui edere ac manducare neg-
lexerit vitam in ſemetipo ha-
bere non poterit Tu. ℟. Do
minus mecum eſt tanꝗ̃ bella
tor fortis ꝓpterea perſecuti ſũt
me ꝛ intelligere non potuerũt
dñe probas renes ꝛ corda. Ti
bi reuelaui cauſam meam. ℣.
Et vim faciebant qui quere-
bant animam meam ꝛ qui in
ꝗ̃rebant mala mihi locuti ſũt
vanitates Tibi. Loco Gl'ia
repetatur ℟. In tertio noct.
añ. Libera me dñe ꝛ pone me
iuxta te ꝛ cuius vis manꝰ pu-
gnet contra me. añ. Tibi re-
uelaui cauſam anime mee de-
fenſor vite mee domine deus
meus. anti. Inuocabo nomẽ
tuũ dñe ne auertas faciem tu
am a clamore meo. ℣. Ne per
das cum impijs Scðm Jo.
In illo tempore: Cum ap
propinquaſſent hiero-
ſolymis ꝛ veniſſent bethfage
ad montem oliueti Tunc ie-
ſus miſit duos diſcipulos di-
cẽs eis Et rel' Omelia vene
Mediator dei rabilis Bede

ꝛ hominum homo chriſtus ie
ſus qui pro humani generꝭ ſa
lute paſſurus de celo deſcen-
derat ad terras appropinquã
te hora paſſionis vt etiã per
hoc clareſceret quia non inui
tus ſed ſponte pateretur i aſi-
no ventre ꝛ a turbis rex appel
lari ac laudari voluit vt etiaꝫ
per hoc eruditus quiſꝗ̃ cogno-
ſceret ipm eſſe chriſtum quem
ſic illo venturũ prophetia oliꝫ
premiſſa ſignauerat Tu aũt ℟
Obprobrium factus ſum ni
mis inimicis meis viderunt
me ꝛ mouerũt capita ſua Ad
iuua me dñe deꝰ meꝰ. ℣. Per
ſequar inimicos meos ꝛ com
prehendam illos ꝛ non cõuer
tar donec deficiant Adiuua
Ante quinqꝫ dies Lectõ viij
paſche voluit venire ſicut ex io
hãnis euangelio didicimꝰ vt
etiam per hoc oſtenderet ſe eẽ
agnum immaculatum q̃ pec
cata tolleret mundi Tu autẽ
℟ Synagoga populoꝝ cir-
cũdedit me ꝛ nõ reddidi re-
tribuentibꝫ mihi mala Con
ſumetur domine nequitia pec
catorum ꝛ diriges iuſtum. ℣.
Tu autẽ dñe ſuſceptor meus
es gloria mea ꝛ exaltãs caput
meum Conſumet Lcõ nona
Agnus quippe paſchalis cu
ius immolatone populus iſrl'
eſt ab egyptia ſeruitute libe-
ratus: ante quinqꝫ dies paſce

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id ē decima luna de grege ſer-
uandus aſſumi. Deide quar-
tadecima luna ad veſpaꝫ iuſ-
ſus eſt immolari: ſignificans
eum qui nos ſuo ſanguie erat
redempturꝰ. Ante quiꝗ dieſ
paſce. id ē hodierno die mag-
no precedentium ſequentiūꝗ
populorum gaudio ad lauda
tionem deductus venit ī tem
plum dei: ꝛ erat quotidie do-
cens in eo. Tu autē domine.
℟. Ingrediente dn̄o in ſcām
ciuitatem hebreorum pueri re
ſurrectionem vite pronunciā-
tes Cum ramis palmarum.
Oſanna clamantes in excelſ.
℣. Cumꝗ audiſſent qꝛ venit
ieſus hieroſolymam exierunt
obuiam ei Cum ramis pal-
marum. Loco Gloria ꝛ loco
Te deum laudamus repetit
℟. Ad laudes añ. Dominꝰ
deus auxiliator meus ꝛ ideo
non ſum confuſus. ps̄. Mi-
ſerere cum ceteris. añ. Circū
dantes circumdederūt me et
in nomie domini vindicabor
in eis. añ. Judica cauſā meā
defende quia potens es dn̄e.
añ. Cum angelis ꝛ pueris fi
deles inueniantur triumpha
tori mortis clamantes oſan-
na in excelſis. añ. Confūdā-
tur qui me perſequuntur ꝛ nō
confundar ego domine deus
meꝰ. Hymnus et ℣. ſicut huc
vſꝗ Caplm ꝛ collec. ſicut in
veſperis. Super bened. añ.
Turba multa que conuene-
rat ad diem feſtuꝫ clamabat
domino benedictus qui venit
in nomine domini oſanna in
excelſis. Nulla ſuffragia. Ad
tertiam añ Libera me domi
ne. vt ſupra. ℟ et ℣. ſicut huc-
vſꝗ. Ad ſextam añ. Tibi re-
uelaui vt s̄. Ad nonā añ. In-
uocabo nomē tuum vt s̄. He
añe ad horas dicetur vſꝗ ad
cenam dn̄i. Ad vs̄ ps̄ Dixit
cum ceteris ꝛ ſuis añis. Sup
mag. añ. Ceperūt omnes tur
be deſcendentium gaudētes
laudare deum voce magna ſu
per omnibus quas viderant
virtutibus dicentes Benedi
ctus qui venit rex in noie do
mini pax de celis et gloria in
excelſis. Nota ab hac die vſ-
ꝗ ad octauas paſche nullius
ſancti memoria niſi in miſſa
tantum habetur. Sed ſi feſta
ſanctorum occurunt aut trāſ-
ponūtur aut omittuntur vt ī
parte de ſanctis dicetur.
Feria ſecunda Inuitatoriū.
Ubi temptauerūt me patres
veſtri Probauerunt et viderūt
opera mea. ps̄. Uenite Sine
Gloria. Nota ℣ Hodie ſi vo
cem eius audieritis finem ha
bet ibi in deſerto. Nocturꝰ
ferialis. Sermo beati Leois
pape. Lectio Prima.
Deſiderata nob dilectiſſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN